cundederant & principes curruſum. Et defecit Edom à Iehuda vſq;
ad diem hanc, tunc defecit Libna in tempore illo ab eo: quia dereli-
quit dominum Deū patrum ſuorum. Vide hæc expoſita 4. reg. 8.
In ſuper & excelsa fabricatus eſt in vrbibus. Hebraicē habetur.
Etiam ipſe fecit excelsa in montibus Iehuda. Et eſt fermo de ex-
celliſ pro idolatria. & fornicari fecit habitatores Ierusalaim, &
preuaricari Iudam. Hebraicē habetur. & impulit Iehudam. Im-
piissimus rex cogebat Iudeos ad idolatriam.

Venerunt

SECUNDI PARAL.

Venerant autem ad eum literæ ab Eli' iahu propheta dicendo. Alterum esse hunc Eliam ab illo magno Elia, manifestum fit, ex eo quod tempore Iosaphat patris istius Ioram Eli-sœus florebat. Elia iam rapto in cœlum, ut clarè patet. 4. reg. 3. sic dixit Dominus Deus David patris tui, quoniam non ambulasti in viis Iehosaphat patris tui & in viis Ase regis Iehudæ. Et ambulasti per viam regum Israel, & forniciari fecisti Iehudam & habitatores Ierusalaim sicut forniciata est domus Ach'ab: & etiam fratres tuos dominum patris tui meliores te occidisti. Ecce dominus percutiet plaga magna cū populo tuo. Hebraicè habetur. in populo tuo, & in filiis tuis & in vxoribus tuis & in tota substatia tua. Prius nō prophetatur ei malum in suis: hoc est in populo, filiis, vxoribus & rebus, deinde in propria persona. Tu autem egrotabis pessimo languore vteri, donec egrediantur vitalia tua paulatim per dies singulos. Hebraicè habetur. Et tu in agitudinibus multis & agitudine viscerum tuorum: usque egredientur viscera tua ab agitudine die in diem. Sententia est clara.

Suscitauit ergo dominus contra Iehoram spiritum Pelishim & Harabum qui confines sunt Aethiopibus. Ascenderuntque in Iehudam & vastauerunt eam, diripueruntque omnem substantiam que inuenta est in domo regis, & etiam filios eius & uxores eius: & non remansit ei filius nisi Ieochacham minimus filiorum eius. Cerne executionem prophetæ quo ad primam partem factam per Pelishinos & Harabes. Et post haec omnia percutiit eum dominus alii languore insanibili. Hebraicè habetur. in visceribus eius ad agitudinem incurabilem. Cætera subiuncta de hac agitudine quanuis extesa sensum tamen seruant. Cumque diei succederet dies & temporum spatia voluerentur, duorum annorum explexus est circulus: & sic longa consumptus tabe ita ut egredientur etiam viscera eius, languore pariter & vita caruit, mortuusque est in infirmitate pessima. Hebraicè habetur. & mortuus est in agitudinibus malis. quemadmodum propheta prædixerat. & non fecit ei populus eius combustionem iuxta combustionem patrum eius. Ut supra diximus, quales erant istæ combustiones quæ cadaveribus regum exhibebatur ignotum est. Filius tringintaduorum annorum erat cum regnare cœpit, & octo annis regnauit in Ierusalaim. Bis in hoc eodem capitulo repetitur hæc sententia, ut perpendamus octo duntaxat annis regnasse siue bene siue male ambulauitque non recte. Hebraicè habetur, & iuit in absque desiderio. hoc est & vixit vita non desiderabili, duxit vi-

tam

CAPUT XXII.

407

tam infelicem, Deo illum etiam in hac vita puniente. & se-pelierunt eum in cœnitate David, sed non in sepulchro regum.

CAPUT XXII.

Et constituerunt regem habitatores Ierusalaim Achaz'ia-hu filium eius minimum pro eo: istem in calce praecedentis capituli nominatus est Ioacham, qui solus è filiis regis remanserat, minimus fratum suorum secundum ætatem. omnes enim maiores natu qui ante eum fuerant, interfecerunt latrones Harabum qui irruerant in castra. Hebraicè habetur. quia omnes priores occiderat societas veniens in Harabibus ad castra, de qua in capitulo precedente habitus est sermo. & regnauit Achaz'iahu filius Iehoram regis Iehudæ.

Filius quadragintaduorum annorum erat Achaz'iahu cum regnare cœpit, & anno uno regnauit in Ierusalaim. Insolubilis quæstio nascitur: tum quia 4. Reg. 8. de isto Ochozia scribitur virginitatem annorum erat Ochozias cū regnare cœpit & uno anno regnauit in Ierusalem. Tū quia sequitur quod Ochozias natus fuisseb illino ante nativitatem patris sui: quod non solum est impossibile, sed omnino alienum à quoconque scriptore: & tamen litera istius libri hoc impossibile sonat. nam in praecedenti capitulo bis dictum est quod Ioram pater Ochozias tringintaduorum annorum erat cum regnare cœpit & octo annis regnauit: vixit ergo annis quadraginta: & hic scribitur quod filius eius quadragintaduorum annorum erat cum regnare cœpit & uno anno regnauit. Solutio vtriusque difficultatis est quod litera errore scriptoris corrupta est, legendum enim est vigintiduorum annorum erat Ochozias, ut scribitur in quarto libro Regū: ita quod ubi debuit scribere uigintiduo, scriptis quadragintaduo. Conuincitur autem error ex eo quod in libro Regū anni vtriusque regni (scilicet Ioram patris & Ochozias filij) comprehenduntur sub annis quibus regnauit in Israel alter Ioram filius Ach'ab: quem ex quarti Reg. tertio duodecim duntaxat annis regnasse perspicuum est. Ex hac itaque collatione annorum regni in Iuda tam Ioram patris quam Ochozias filij ad annos Ioram filij Ach'ab, clarè patet ultimos octo annos vi-tæ Ioram regis Iudei supputari pro octo annis regni eiusdem. Quod ideo annotadum duxerim, ne quis fallatur ex illa adiunctione sine scripture testimonio: quod Ioram rex Iudei regnauerit bene primis octo annis & male aliis viginti annis,

SECUNDI PARAL.

nis, qui propterea subtratti sunt à regno eius. clare enim scriptura ultimos vitæ annos ipsius Ioram regis Iudæ octo & unum Ochozias comprehendit sub annis regni Ioram regis Israel: ut patet legenti initium & finem utriusque. Conclude igitur quod corrupta est hebraica litera Paralipomenon: in cuius signum tam hic quam in libro Regum dicitur quod Ochozias regnauit uno anno. Accedit ad hæc quod iste Ochozias in litera narratur minor natu reliquis fratribus: non est autem verisimile quod vir quadraginta annorum fuerit ultimus filius patris non sensibus multis filios & multas uxores. & nomen matris eius *Hathal' iahu filia Homr.*

Etiam ipse ambulauit in viis domus Ach'ab: mater enim eius consiluit ei ut impius ageret. Fecitque malum in oculis domini sicut dominus Ach'ab: ipsi enim fuerunt ei consiliarii post mortem patris eius, in interitum eius. Etiam in consilio eorum ambulauit: & perrexit cum Iehoram filio Ach'ab rege Israel ad bellum contra Chazael regem Syria in Ramoth Ghilhad. Creditur superfluere: cum: significatur enim quod ipse Ioram filius Ach'ab rex Israel iuit ad bellum, & nihil dicitur de societate Ochozias. & vulnerauerunt Syri Iehoram. Qui reuersus est ut curaretur in Izrehel a vulneribus quibus vulnerauerunt eum Syri in Rama dum pugnaret contra Chazael regem Syria: igitur Ochozias. Hebraicè habetur. & Hazar' iahu filius Iehoram rex Iehuda descedit ad videndum Iehoram filium Ach'ab in Izrehel, quia ipse agrotabat. Illemet qui primum nominatus est Ioaach'az, deinde Ochozias: modo nominatur Hazarias. Voluntatis quippe fuit Dei aduersus Ochozias. Hebraicè habetur. Et ab Elohim fuit intratio Achaz' iahu ad veniendum ad Ioram, iudicium diuinum pro ratione redditur quod Ochozias rex Iudæ inuolueretur consilio veniendi ad visendum Ioram ut sic occideretur. Historia hæc scripta est 4. Reg. cap. 8. & 9. Et licet ibi aliter scriferim, ex hoc quod Hazarias rex Iudei venit diuinum actus iudicio ad visendum regem Israel, insinuat ut quod non iuerit cum eo ad bellum in quo percussus est rex Israel. si enim simul fuissent in bello illo, vidisset ibidem percussum Ioram: & non assignaretur pro ratione decessus à Iudæa quia agrotabat ibi, sed cum perculo venisset in Izrehel. cùmque venisset: egressus est cum Iehoram ad Iehu filium Nimi quem vñxerat dominus ut deleret dominum Ach'ab. Cùmque iudicium ficeret Iehu cum domo Ach'ab, inuenit principes Iehuda & filios fratrum Achaz' iahu ministrandos Achaz' iahu, & interfecit eos. In cap. 10. quarti Regum

CAPVT XXIII.

408

Regum scripta est occisio istorum. Quæsiuitque Achaz' iahu, & comprehendenderunt cum latenter in Someron, & adduxerunt eum ad Iehu & occiderunt eum: & sepelierunt ipsum, dixerunt enim: filius Iehosaphat est qui quæsiuit dominum in toto corde suo. In 9. cap. 4 Regum tractata est hæc historia, multa enim hic scribuntur tacita ibi, quæ exposita simul ibidem vide. nec erat ultra spes aliquæ ut de stirpe quis regnaret Ochozias. Hebraicè habetur. & non domus Achaz' iahu vis ad retinendum regnum. Defectum virum in filiis occisi regis describit ad succedendum in regno paternum, prævalente matre regis occisi aduersus nepotes.

Et *Hathal' iahu* mater Achaz' iahu vidit quod mortuus esset filius eius. Admiranda impietas: nulla siquidem alia causa redditur tantæ crudelitatis nisi mors filij surrexitque & interfecit. Dictio interpretata interfecit, non sonat iugulationem seu occisionem quæ fit gladio, sed potius occisionem velut pestiferam: propter quod suspicio est quod veneno interfecit eos. omnem stirpem regiam domus Ioram. Hebraicè habetur. omne seme regni domus Iehudæ, quod longe plus est: significatur enim extinctum omne semen regia successionis in regno Iudæ. Scripta quoque est hæc historia quarti Regum 11. Tulit autem Iehosabbath filia regis, Ioas filium Achaz' iahu, & furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur, & posuit eum & nutricem eius in cubiculo lectorum. Vnus atque idem locus significatur camera lectorum & domus Dei. erat enim pars habitacionis in domo Dei camera lectorum; & prius nominatur locus particularis camera lectorum, deinde locus continens cameram illam domus Elohim. absconditusque eum Iehosabbath filia regis Iehoram vxor Ieho' iadah sacerdotis (quia ipsa erat soror Achaz' iahu) a facie *Hathal' iahu* & non interfecit eum. Fuitque cum eis in domo Dei absconditus sex annis: & *Hathal' iahu* regnabat super terram.

CAPVT XXIII.

Anno autem septimo confortatus est. Hebraicè habetur. roborus se Ieho' iadah: & assumpsit centuriones (Hazar' iahu filium Ierocham & Iismahel filium Iehochanan & Hazar' iahu filium Hobed & Mahase'iam filium Hada' iahu & Elisaphat filium Zich'ri) secum in federe. Historia hæc scripta est 4. reg. 11. multa tamen ibi tacentur quæ hic explicantur. Qui circuiterunt per Iehudam, & congregauerunt Leuitas de omnibus

SECUNDI PARAL.

omnibus ciuitatibus Iehuda & principes familiarum Israel: & veniunt in Ierusalaim. Et percussit totus eetus fodus in domo Dei in rege. Nomen est Elohim. dicitque cui Ieho' iadah, ecce filius regis regnabit sicut locutus est dominus super filios David. Hac est res quia facietur: tercia pars vestrum qui veniunt ad sabbatum sacerdotum & Leuitarum & ianitorum erit in portis. Hebraicè habetur. pro sacerdotibus & Leuitis, pro ianitoribus liminu. Hæc limina in quarto regum appellantur porta cursorum: quemadmodum porta fundamenti appellatur ibidem porta Sur. & ibi hæc exposta vide. Est tercia pars in domo regis, & tercia pars in porta fundamenti: & totus populus in atrio domus domini. Et non ingrediantur domum domini nisi sacerdotes & qui ministrant de Leuitis, ipsi ingrediantur quia sanctificati sunt: & totus populus obseruet custodiam domini. Leuiti autem circumdant regem habentes singuli armam sua, & ingrediens dominum mortiatur: sicut cum rege ingrediente & egrediente.

Fecerintque Leuiti & totus Iehuda iuxta omnia que precepit frat Ieho' iadah pontifex: & tulerunt vniuersisque viros iuxta venientes sabbati cum exenitibus sabbati, quia non dimisit Ieho' iadah sacerdos divisiones. Deditque Ieho' iadah sacerdos centurionibus lanceas & clypeos & peltas que fuerunt regi David. Species scuti est pelta, que etant in domo Dei. Nomen est Elohim. Constitutus est totum populum (& vniuersisque habeant arma in manu sua) à parte domus dextera usque ad partem domus sinistram altari & domui: iuxta regem per circumitum. Et eduxerunt silium regis, & imposuerunt ei diadema & testimonium: dederintque in manu eius tenuendam legem. In hebreo non habentur hæc ultimæ septem dictiones. & constituerunt cum regem: vñxerintque cui Ieho' iadah & filii eius. Aduerte hoc, vt videoas Zachariam filium Ioiade adiuuisse patrem ad vngendum regem qui postea occidit ipsum Zachariam. & dixerunt, vnuat rex.

Aduuit autem Hathal'ia vocem populi currentis & laudantis regem: ingrediisque est ad populum in domum Dei. Viditque & ecce rex stabat super columnam suam. hoc est super suggestum fultum columnis factum pro loco regis in templo, in introitu. Hinc habetur quod suggestum illud erat in introitu atrii magni: hoc est declinans versus introitum. & principes & tuba iuxta regem, & totus populus terre gaudens & clangens tubis, & cantorescum instrumentis cantus, & scientes laudare: & secedit Hathal'ia vestimenta sua, & ait coniuratio coniuratio. Et verum dixit aduersus

CAPVT XXIII.

409

aduersus se. Egressus est autem Ieho' iadah pontifex ad centuriones & prefectos exercitus. Ex loco pontificis egressus significatur ad locum ubi erant centuriones. & dixit eis: educite eam extra septa, & interficiatur foris gladio. Hebraicè habetur. & veniens post eam occidetur gladio. Manifestè mandat occidi si quis facisset ei ut natus sequeretur eam. dixerat enim sacerdos, Non interficiatis eam in domo domini. Et imposuerunt cerucibus eius manus. Hebraicè nihil dicitur de cerucibus: sed solùmodo quod imposuerunt ei manus, veniq; ad introitum portæ equorum domus regis: & interficerunt eam ibi.

Pepigit autem Ieho' iadah fodus inter se, & inter totū populum, & inter regem: vt esset in populu domini. Ingressi sunt totus populus domum Bshal, & diriserunt eam, & altaria ac imagines eius confregerunt: et Matthan sacerdotem Bhal occiderunt corā altaribus. Constitutus est Ieho' iadah præpositos domus domini in manu sacerdoti Leuitarum quos distribuit David super domum domini ad offerendum holocausta domino, sicut scriptum est in lege Mosis, in latitudo & cantu: iuxta dispositionem David. Nisi tempore quo regnauit Hathal'ia omisla fuissent huiusmodi holocausta, nequaquam narraretur quod pontifex gubernator regni ordinauit ministros templi ad offerendum holocausta secundum legem adhibitis solemnitatibus ordinatis à Davide. Reliqua exposta vide in quarto Regum. Constitutus quoque ianitores ad portas domus domini, ut non ingredieretur immundus in qualibet re. Assumpsiunt centuriones & fortissimos viros & dominantes in populo, & totum populum terre: & descendere fecerunt regem de domo domini, & venerunt per medium porta superioris in domum regis, & sedere fecerunt regem super solium regni. Letatiusque est totus populus terre, & ciuitas quievit: & Hathal'ia interfecta est gladio. Dixerat quod interficerunt eam, sed non dixerat speciem mortis: & propterea explicat quod gladio est interfecta.

CAPVT XXIV.

Ilinus septem annorum erat Ios cum regnare cepit, & quadraginta annis regnauit in Ierusalaim: et nomen matris eius Zib'ia de Beersabah. Fecitque Ios rectum in oculis domini, omnibus diebus Ieho' iadah sacerdotis. Accepit autem ei Ieho' iadah uxores duas: & genuit filios & filias. Et post haec fuit in corde Ios instaurare domum domini. Congregauitque sacerdotes et Leuitas, & dixit eis: egredimini ad ciuitates Iehuda. Historia hæc scripta est 4. Reg. 12. & colligite

Pff. 210

SECVNDI PARAL.

à toto Israel pecuniam ad sartu tecta templi Dei vestri. Hebraicè habetur ad fortificandum domum Eloha vestri de anno in annum. & vos accelerabis rem. egebant enim adficia templi reparatione. porro Lexitæ egere negligati. Sententia recte redditur. ut etiam in quarto regum dicitur.

Vocauitq; rex Ieho' iadah principem. & dixit ei: quare nō coegeris Lexitas inferre de Ichuda & de Ierusalem pecuniam qua cōstituta est à Mose seruo domini & à congregazione Israëli in titorium testimoniis? De pecunia soluēda in numeratione populi est sermo. hæc enim ab vniuerso Israele soluebatur pro templo. & decreta scribitur Exod. 30. in prima siquidem tabernacula cōstitutione à Mose soluta primum legitur Exo. ca. 38. Habsal' iahu enim impia & filii eius destruxerunt domū Dei. Nomen est Elohim. & ex omnibus sanctificationibus domus domini ornauerunt phanum Behalim. Precepitq; rex. & fecerunt arcam. Hebraicè habetur. thecam unam. vt in libro regū scribitur perforatam superius posuerintque eam in porta domus domini forinsecus. Et prædicatum est in Ichuda & in Ierusalem vt deferrent dominio precium. Hebraicè habetur. elevationem. Dimidius siclus qui à quolibet soluebatur. appellatur eleutatio quia erat tanquam res offerendo eleuata Deo. quam constituit Moses seruus Dei. Nomen est Elohim. super totum Israël in deserto.

Letatijs sunt omnes principes & totus populus. & attulerunt & proiecerūt in arcam ita vt impleretur. Hebraicè. abetur. vsque ad finiendum. oblatam pecuniam: ita quod nihil oblatæ pecuniae remanebat extra thecam. Cūque tempus esset vt deferret arcam eoram rege. Hebraicè habetur. ad ordinationem regis. hoc est ad locum ordinatum à rege. ubi erat aperienda theca. in manu Ecclitarum. videbant enim multam pecuniā. Haec verba præ se ferunt quod de termino oblatæ argēti fuit sermo. postquam enim superintendentes posuerant publicè. oram pecuniā oblatam in theca per oramen supernum. cù. n. viderent pecuniā positam esse multam. dicebant tempus esse vt theca portaretur ad locum decretum à rege & aperiretur &c. ingrediebatur scriba regis & prepositus sacerdotis primi. & suffundebantque pecuniām quæ erat in arca. & reportabant arcam ad locum suum: sicq; faciebant per singulos dies. & congregata est infinita pecunia. Hebraicè habetur. pecunia in multitudine sed interpres posuit infinita. Quam dederunt rex & Ieho' iadah illi qui preceperant operibus domus domini: & illi conducebant cæsores lapidum & artifices ope-

rum

CAPVT XXIII.

410

ram singulorum. Hebraicè habetur. cæsores & artifices. nec aliud scribitur. ad instaurandum domum domini: & etiam fabros ferris et aeris. ut quod cadere cooperat fulciretur. Hebraicè habetur. ad fortificandum domum Iehouah. Quod vero subiungitur de instaurazione & cicatrice domus quanvis hebraica verba aliter sonant. sensus tamen in idem redit: nec materia exigit tā exactam discussionem. Tgeruntq; ii qui operabātur industrie. & obducta est parietum cicatris per manus eorum: ac suscitaverunt domum domini in statum pristinum. & semper eam stare fecerunt. Cūque complexissent. detulerunt coram rege & Ieho' iadah residiuum pecunie. & fecerunt ex ea vas a templi in ministerium ad holocausta. Hebraicè habetur. vasa domus Iehouah. vasa ministeria & mortaria & crateras & vasa auri & argenti. sed parui refert. & offerebant holocausta in domo domini ingiter omnibus diebus Ieho' iadabi.

SEnuit autem Ieho' iadah plenus dierum. Hebraicè habetur. & saturatus p̄ diebus. solus enim post ætatem Iacob legitur vixisse centum & tringinta annis. filius centum & tringinta annorum erat quando mortuus est. Spelleriisque cum in ciuitate David cū regibus: quia fecit bonum cum Israel & cum domo eius. Deficit vna particula: legendum est. & cum Elohim & domo eius. commemoratur enim fecisse bonum tum cum populo. tum cum Deo. tum cum templo. liberavit enim populum à tyrannide Hatchaliæ. destruxit Bahal. & foedus cum Deo restauravit. domumq; Dei ad diuinum cultum reduxit.

Postquam autem mortuus est Ieho' iadah. venerari principes Ichuda & adorauerunt regem. Non quod prius non adorassent eum. sed quia prius adorabant eum non solum. sed cum Ioiada pontifice tanquam patre regis. mortuo autem Ioiada adorauerunt regem solum: hoc est sine relatione ad pontificem. ipsius regis diuizat venerabantur autoritatem: quod non audebant facere viuentem Ioiada. Erat enim rex viuente Ioiada agens tanquam sub curatore: & illo mortuo venerari cōpererunt regem tanquam liberum à tutore. qui delinitus obsequiis eorum acquieuit eis. Iuxta Hebræū habetur. tunc audiuit rex eis. hoc est tunc mortuo Ioiada. & oblatæ à principibus agitione autoritas regis solius. audiendo acquieuit eis: vt videlicet sola regis autoritas agnosceretur. & non dependereret in regime à pontifice. nisi enim ad hoc reteadisset principū incurvatio noua. nequaquam scriberetur quod

Fff ij tez

SECVNDI PARAL.

rex audiuit eis. Et hinc subsecutum est quod subiungitur: vi
delicet quod dereliquerunt templum Dei. postergata enim
auctoritate pontificis, rex quasi liber à curatore pontifice,
monstrando se iam liberum dominum declinavit à templo,
& instituit lucos & sculptilia. Et dereliquerunt domum domini
Dei parvum suorum, scriueruntque lucis & sculptilibus: & facta est
ira super Iehudam & Ierusalaim propter peccatum eorum hoc.
Misitq; ei prophetas ut reducerent eos ad dominum: protestatiq; sunt
eis, & non auscultauerunt.

Spiritus itaque Dei. Nomen est Elohim, induit Zechariam
filium Ieho' iadah sacerdotis. Verè spiritus summi iudicis veli-
uit Zachariam: quoniā exterius apparuit in actione eius pu-
blica. & stetit in conspectu populi, & dixit eis: hec dicit dominus
Deus. Hebraicē habetur, sic dixit Elohim. Sæpe diximus inter-
preterem aduerbiū mutare in pronomen: quare vos transgredi-
mini precepta domini, & non proderit, quia dereliquistis dominum,
dereliquit vos. Qui congregati aduersus eum, miserunt lapides. He-
braicē habetur. Et coniurauit aduersus eum, & lapidauerunt eum
lapidibus iuxta preceptum regis. Deliberata ac matura fuit hæc
lapidatio, ut pote procedens & à coniuratione, & ab imperio
regis. in atrio domus domini. In euangelio declaratur atrium
hoc fuisse inter altare holocaustorum & templum. Erat enim
ibidem atrium viginti cubitorum: ut superius scripta testan-
tur. Hic est Zacharias qui vocatur filius Bar' chia. Et non est
recordatus Iosias rex misericordie. Hebraicē habetur. gratia
quam fecit Ieho' iadah pater eius cum ipso, & interfecit filium eius.
Exaggeratur peccatum ex ingratitudine ad patrem. Zacha-
riæ, qui fecerat eum regem. & cum moreceretur dixit: videat do-
minus & requirat. Hebraicē habetur. videbit, ehouah, & requi-
ret. Prophetauit ultionem diuinam, que subiungitur subsecu-
ta renoluto anno.

Cinque evolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Sy-
rie, & venerunt in Iehudam, & in Ierusalaim, & interfecerunt om-
nes principes populi: & omnia spolia eorum miserunt regi Damas-
cum. Et cum modicus venisset exercitus Syrorum, dominus tradidit
in manum eorum infinitam multitudinem. Hebraicē habetur.
exercitum in multitudine valde, quia dereliquerunt dominum Deum
parvum suorum, ad manifestandum quod ratio erat diuina. in
populum quidem, eo quod dereliquerunt iniunum cultum: in
egem vero, & propter hoc, & propter sanguinem Zachariæ.

CAPVT XXV.

411

In Ios quoque ignominiosa exercuere iudicia. Superfluit ignomi-
niosae nec scribitur qualia fuerint hæc iudicia. Et abeunte di-
miserunt cum in languoribus magis. Hebraicē habetur. Et cum
abirent ab eo, quia dimiserunt cum in malis multis. Et forte mala
personæ illata à Syris significantur, surrexerunt autem. Hebraicē
habetur. coniurauit cōtra eum serui eius. Et similiter quod
subditur. in ultionem sanguinis Zecharia filii Ioiadae. Hebraicē
habetur, propter sanguines filiorū Ieho' iadah sacerdotis. Per quod
insinuatur quod multi filii Ioiadae pontificis occisi fuerint à
rege. & occiderunt eum in lecto suo & mortuus est: sepelientique
eum in cunctate David, sed non in sepulchris regum. Insidiati vero
sunt ei. Hebraicē habetur. Et isti coniurantes aduersus eum, decla-
rantur enim nomina eorum qui occiderunt regem. Zabad filius
Simbath Hammonithidis, & Iehozabad filius Simith Moabi-
thidis. Porro filii eius ac summa pecunia que adunata fuerat sub eo.
Hebraicē habetur. & multitudo oneris super eum. Nec explica-
tur quale fuerit onus: nec male antiquus interpres exposuit
onus pecuniarū. & instauratio domus Dei. Hebraicē habetur.
Et fundamentum domus Elohim. Per quod insinuatur quod nō
solum in parietibus, sed etiam in fundamētis domus Dei rex
instaurauerat. scripta sunt diligenter in libro Regum. Hebraicē
habetur. ecce scripta sunt super declarationem libri Regum. Quis
sit autem liber iste declarationis, nescio. & regnauit Amazias
hus filius eius pro eo.

CAPVT XXV.

lin vigintiquinque annorum erat Amazias, cum
regire caput, & vigintinouem annis regnauit in Ieru-
salaim: & nomine matris eius Iehohaddan de Ierusalaim.
Fecit, rectum in oculis domini: veruntamen non in cor-
de perfecto. Eius enim manifestauit imperfectum cor eius,
valde enim facile declinavit: ut testantur subiuncta. Cumque
roboratum esset regnum super eum: occidit seruos suos qui percussisse
regem patrem eius. Filios autem eorum non interfecit, quia sicut scri-
ptum est in lege in luce Mosis, præcepit dominus, dicendo: non mo-
rientur patres pro filiis, & filii non morientur pro patribus, sed unus-
quisque in peccato suo morietur. Profitebatur tunc Amazias rex
iustitia legis: & opterea iudicaliter puniuit eos qui occi-
derant patrem: ut pote non habentes publicam potestatem,
nec diuinum mandatum. quamuis enim pater propter san-
guinem zacharia meruerit occidi, ad ipsos tamen non specta-
bat

Fff iii bat